



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Perseuerantiae bona sunt quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

nis, sed uelamen furoris, & hæc so-
 let esse cum murmure propter defe-
 ctum unctionis gratiæ, sicut rota plau-
 stri marmurat cum uncta non est. Ec-
 clestiasticus. 33. Precordia stulti quasi.
 R. C. Secunda patientia est, libera, si-
 licet quæ libenter sustinet omnia a-
 more dei. Vnde Paulus. Tribulatione
 patimur, sed non angustiamur, sicut
 per impatientiam. Act. 5. Ibant Apo-
 stoli gaudentes à conspectu concilij,
 &c. Et hæc est uera patientia de qua
 dicebat Paulus ad Heb. Patientia
 enim uobis necessaria est, &c.

2. Co, 4.

Act, 5.

Heb, 10

*Perseuerantia bona sunt
 quinque.*

Primū est, quod impetrat à deo
 quod postulat. Luc. Si perseuera-
 uerit pulsans, & si non dabit ei,
 eo q̄ amicus eius sit, propter improbi-
 tatem tamen eius surget & dabit ei
 quot quot habet necessarios. Gregor.
 Quæsiuit Maria Magdalene prius,
 & minime inuenit, perseuerauit ut quæ-
 reret, unde contingit ut inueniret.
 Secundum est, quod perseuerantia bo-
 na acquisita custodit, sicut imperseue-
 rantia destruit. Prou. Qui mollis &
 dissolutus est i opere suo, frater est sua

Luc, 11

Gregor:

Pro, 18.

- Gregor.** opera dissipantis. Vnde Gregorius. Incasium quippe bonum agitur, si ante terminū uitæ deseratur. Et quod
- Auguf.** bona acquisita custodiat, P. Augustin. dicit. Perseuerantia magnum donum dei est, quo dona cetera conseruantur. Tertium est, quod difficilia &
- Bernar.** aspera, suauia & facilia facit. Bernardus. Subito procedenti de umbra ad solem, de ocio ad laborem, graue esse cernitur quod incipit, sed postquā ab his distuescere cæperit, usus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile esse putauit. Quartum est, quod sola perseuerantia meretur coronam uitæ æternæ. Apoc. Est o fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam uitæ. Et D. Bernardus. Stude perseuerantiæ quæ sola coronatur.

Paupertatis incitamenta sunt quatuor.

Primum est, quia Deus camamat. Et hoc potest ostendi quinque rationibus. Prima est, quia Deus eā elegit. uoluit. n. esse pauper in natiuitate, sicut dicit Luc. Et pānit eū inuoluit, & reclinauit eū in presepio, quia non erat ei locus in diuer-